

variis morbis ac tormi-
nibus contractos, & dæ-
moniacos, &c.

Euthymius. Et divulgata est fama ejus
per univerfam Syriam.

EXPOSITIO.

FA M A, ait D. Paschasius lib. 3. in Matth.
quam Iudei cæcitate sua obfuscabant invidia,
Genes sensim illustrabunt, & omnem Syria provin-
ciam, quæ Galilæa non multum longè abest, virtu-
um odoribus respergebat. Non solum proximas
regione, sed longè, latèque distantes brevi
tempore complevit Christi fama, Quid ex hac
Christi opinione secutum est? Obulerunt ei om-
nes malè habentes. Idem Divus Paschasius. Ex
quibus gestorum beneficiis, ait, opinio ejus usque
ad eos, quis foris sunt respergitur. Quia perfectò,
nec fama sine vera laudis opera proficit, neque
opera salutis absque fama boni odoris satis audi-
toribus relucet. Vera enim fama non respicendit,
nisi nitore bonorum operum. Malè habentes va-
riis languoribus, id est, morbis, seu quacunque
infirmis. Et tormentis comprehensos; seu, ut
habent Theophylactus, Vatablus, ac torminibus
contractos. Tormina morbus est intestinorum,
& sumitur hoc loco tormentum, quod habet
nostra Vulgata, non tantum pro torminibus,
verum etiam pro sævis omnibus morbis, qui
agrotos acerrimis cruciant doloribus. Et qui
demonia habebant, hoc est, dæmoniaci, qui
à malis spiritibus vexabantur. Et lunaticos, hoc
est, qui lunationibus afficiuntur, id est, certis
lunæ temporibus vehementius perturbantur,
ac in quibus pro mutatione Lunæ vis morbi
crescit, & decrevit, ac minuitur. Et Paraliticos,
qui secundum Medicorum judicium incurabiles
reputantur, Curavit eos, seu ut habet Syriacus,
Sanavit eos, ut ait Chrysothomus, nubes, quædam
signorum Evangelista transcurrit paucis & abbre-
viatis verbis.

QUESTIO VII.

Utrum Christus Dominus sanavit omnes,
qui ad illum veniebant, &
adducebantur?

Questio non procedit de illis, qui ad-
ducti sunt ad Dominum in hac sua præ-
dicatione in Galilæa; nam de his expresse
ait Evangelista, quod obulerunt ei omnes ma-
lè habentes, & curavit eos; sed procedit
de iis, qui in aliis occasionibus oblatis sunt Do-
mino.

Dicendum est, quod Christus sanavit omnes,
qui ei oblatis sunt; si petentes habebant fidem;
quia aliàs nihil eis dabatur. Hæc est communis
doctorum ad loca Matthæi citanda, D. Hiero-
nymy, D. Chrysothomi, D. Thomæ, Cajetani, Al-
berti Magni, Hugonis, & aliorum, Abulensis hoc
loco quasi. 112. Probat. Quia fides est funda-
mentum omnium cæterorum: ergo ut reliqua
habeantur, fides procedere debet. Deinde. Quia

Hieron.
Chrysoth.
D. Thom.
Cajetan.
Albert. Mag.
Hugo.
Abulens.

sine fide non est homo dignus, qui valeat impe-
trare, ut ait Jacobus 1. num. 6. Postulat autem in Jacob. 1.
fide nihil hesitans, qui autem hesitat, similis est
fluctui maris, qui à vento movetur: ergo non est
dignus ad impetrandum.

Probat. secundò. Quia Christus Dominus
quosdam cæcos illuminaturus, necessariam ab
illis exigens fidem, dixit Matth. 9. num. 28. Cre-
ditis quia hæc possum facere vobis? dicunt ei: U-
que Domine; tunc tetigit oculos eorum, dicens
secundum fidem vestram facti sunt vobis. Et ita, cum Na-
zareti scandalizarentur, quod, cum essent patri-
cii, apud eos Dominus non multa signa, ac mira-
cula faceret, ait Evangelista Matth. 13. n. 58. Non
fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem
eorum. Et Marc. ait 6. n. 5. Et non poteat ibi vir-
tutem nullam facere nisi paucos infirmos in suis
manibus curavit, & mirabatur propter increduli-
tatem eorum. Ait sacer textus, quod non poterat
ibi virtutem ullam facere non ex defectu po-
tentia, ut explicat Cajetan, Jansenius, Beaul-
xames, Maldonatus, sed ex impedimento; jure
& repugnantia objecti: est enim sermo, non de
potentia absoluta, sed ordinaria; nam sicut po-
tentia naturales non possunt proprios effectus
producere, nisi in patiente disposita potentia
ordinaria ad curationes, & miracula, non pro-
ducitur effectus, nisi in impetrante disposito
per fidem: & quia hæc in Nazaretis decrat; ideo
dicitur, quod non poterat ibi virtutem facere:
nam infidelitas eorum hujusmodi beneficium
demerebatur, hæc poterat virtutes illas conve-
nienter recipere, licet Christi potentia illas facere
posset, sicut & alibi est operata.

Et quia quidam Marc. 9. num. 22. petens à
Christo, ut sanaret filium suum dicebat ei: Si
quod potes, adjuva nos miseris nostri, quæ verba
non ostendebat plenam fidem. Dixit illi Chri-
stus, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.
Et cum lachrymis respondens pater ait: Credo
Domine, adjuva incredulitatem meam. Et statim
Dominus petita concessit, & puerum sanavit. Ac
proinde, ut notat Abulensis citata quasi. 123.
quandiu dubitavit; nihil de petito recepit: cum
verò dixit, se credere, cum lachrymis, statim
impetravit. quod desideraverat.

Matth. 4. n. 25. Et secuta sunt eum tur-
bæ multæ de Galilæa,
& Decapoli, & de Je-
rosolymis. & de Ju-
dæa, & trans Jorda-
nem.

VERSIONES.

Syriacus. Et sequebantur eum tur-
bæ multæ à Galilæa,
&c. & de regionibus
suis ultra Jordanem.

EXPOSITIO.

EXPLICAT sacer Evangelista effectum
doctrinæ, Evangelii, miraculorum,
& famæ Christi Domini. Et hujusmodi effec-
tus fuit, quod turbæ secuta sunt Dominum.
De

De Galilæa; de cujus situ, ac extensione jam dicta
sunt multa. Et ponit eam Matthæus ante cæ-
teras Provincias, de quibus veniebant ad Chri-
stum, ut notat Abulensis, quia Galilæa exitit pri-
ma, in qua Christus prædicavit, ut patet ex hoc,
cap. 4. Matth. num. 17. Et ideo de regione, con-
venerunt ad Christum multo prius, quàm de aliis
provinciis. Et Decapoli. Decapoleos nomen est
Græcum, & est nomen provinciarum habentis decem
civitates, dicitur enim à decas quod est decem, &
polis, quod est civitas. Et, ut vult etiam Abu-
lensis, citatus, tota ista regio vocabatur Galilæa
Gentium, & extendit se usque ad Beritum, quæ
est civitas in littore maris Mediterraneæ; & distat
per decem leucas à Sidone, quæ erat olim civi-
tas valde celebris. Et de Jerosolymis, nempe de
civitate Jerusalem, ac locis illis propinquis. Et
de Judæa. Sumitur pro ea parte, in qua Tribus
Juda morabatur. Et de trans Jordanem; seu ut cla-
rius habet Syriacus de regionibus suis ultra Jorda-
nem, ad partem Orientalem fuerunt olim regna
Schoh Regis Amorrhæorum, & Og Regis Ba-
san, ubi habitavit postea Tribus Ruben, Gad,
& dimidia Manasse. Ex his ergo quinque partibus
confluxit ad Jesum ingens hominum multitudo,
& comitata est, quovis proficiscendum.

Abulens.
Quid signi-
ficet Deca-
polis.
Abulens.

stras consolaretur, id est, beatitudinem salutis acere-
na per passionem, & mortem suam nobis operaretur.
Vidit, ut miserans pater, & ut nostris miseris
consolationem daret per repromissionem Beati-
tudinis. Turbas, hoc est, multitudinem populi
apud se congregatam. Hæc autem frequentia
populorum, ut ait Simon Cassianus lib. 10. p.
2. dicitur turba, quia sæpissime turbat, & tur-
batur. Ascendit in montem. Chromatius in
Commentario in hoc cap. 5. existimat, quod iste
fuerit mons Oliveti, sed mons iste erat prope
Jerusalem; quia autem sermo hic habitus est in
Galilæa; ideo, ut docent Divus Hieronymus
Rupertus loco præximo citato. Christianus Gram-
maticus, Cartholus, Hugo, & alii, iste fuit
mons Thabor, vel alius in Galilæa. Thabor
fuisse existimat D. Bonaventura, & Ludolphus
in lib. de vita Christi. Et rectè in ipso monte
Thabor in sua transfiguratione apparuit in
gloria, ubi suis gloriam, beatitudinemque
promiserat. Et bene pater dat ibi de filio testi-
monium: Hic est filius meus, Matth. 7. nu-
mero 5. ubi Filius testimonium dedit de Patre,
& multa de ejus reverentia, & cultu docuerat
homines, ut patet ex toto sermone decurso.
Et cum scisset, in loco apto, & proportionato
ad docendum, accesserunt ad eum discipuli ejus,
tanquam familiares, ejusque amici propius eum
cincerunt.

Dominus
videt ad
miserandis
Turba quia
urbana.
Cassian.
Chromat.
Hieron.
Uper.
Grammatic.
Carthol.
Hugo.
Mons Tha-
bor.
Bonavent.
Ludolphus.
Matth 7.
Ibi Dominus
app ret in
gloria. ubi
eam suis
promissis.



CAP. X.

QUESTIO I.

An hic altissimus Domini sermo in monte
habeat continuationem cum his, quæ
dicta sunt superiori capite?

Prædicantur octo Beatitudines in ser-
mone Domini in monte.

Matth. 5. n. 1. Videns autem Jesus tur-
bas, ascendit in mon-
tem, & cum sedisset,
accesserunt ad eum dis-
cipuli ejus.

VERSIONES.

D. Aug. lib. 1. de Cùm vidisset autem Jesus
Serm. Dom. in turbas multas.
monte.
Syriacus Ascendit in montem,
cùmque consedisset.
Pag. Vatablus. Cùmque ipse consedisset,
Arias. Et sederunt eo advennerunt
illi discipuli ejus.

EXPOSITIO.

CUM Dominus, ut inquit Theophylac-
tus, & Euthymius, sit opifex corporum, &
animarum, postquam curavit corpora, ut supe-
rius dictum est eo sine cap. 4. Matth. curat
& animas per celestem doctrinam. Videns, seu
cùm vidisset, ut ait D. Bernardus serm. 1. de om-
nibus Sanctis, miserationis intuitu. Et Rupertus
lib. 4. de gloria, & honore filii hominis. Vidit, ait
ut miseretur; sua miseris est, ut miseris no-
Sylveira in Evang. Tom. 11.

1.
Theoph.
Euthym.
Bernard.
Rupert.

Superiori capite explicavi finem capitis 4.
Divi Matth. qui postquam enarrat quo-
modo turbæ Christum sequebantur statim capite
5. sermonem Domini in monte exorditur.
Et ratio difficultatis est, qui Lucas capite 6. post-
quam commemorat electionem Apostolorum,
ferè similem narrat sermonem in loco campeltri,
de quo dicam questione sequenti. Antea ipse D.
Lucas cap. 5. multa scribit, quæ Matthæus re-
fert capite 8. & 9. Questio ergo est, quisnam
ex his duobus sacris Evangelistis tenuit ordinem
temporis; & in quo anno prædicationis Christi
hæc contigere, in primo, an secundo.
Baronius, Jansenius, Beauxalmes, Barradas
tenent quod hic sermo Domini fuerit habitus in
secundo anno prædicationis Christi, ac proinde
quod Matthæus hic non observaverit ordinem
temporis. Et ipsi maxime ducunt, & inter Beauxalmes
se discrepant, an sermo sit idem, quem Mat-
thæus, & Lucas narrant; de quo questione
sequenti.
Secunda sententia, & mihi vera, Matthæus
hic habuit ordinem continuum. Et postea quæ
narrat gesta in Galilæa superiori cap. 4. sequitur
hic sermo Domini in monte, qui fuit in hoc
primo anno suæ prædicationis, ut habent anti-
quissimi auctores Ammonius, & Tatianus in
primo anno prædicationis Christi. Divus Hieronymus
hoc loco: prout ait: Ex precedentibus intelligitur,
Z 2 quod

Baron.
Jansen.
Beauxalmes.
Barradas.

August.
Leo.
Chrysof.
Euthym.
Theophyl.

quod hic sermo fuit habitus in Galilea. Similiter D. Augustinus lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 16 In hac, inquit, predicatione, quam dicit eum habuisse in omni Galilea, intelligitur etiam sermo iste habitus in monte, cujus commemoratiorem facit Mattheus. Hanc sententiam expressit etiam docent D. Leo Papa homil. de omnibus Sanctis. Carthusianus hic, Abulensis quest. 1. In hac etiam sententia D. Chrysofomus homil. 15. Euthymius; Theophyl. docent enim, quod Dominus de curatione corporum, de qua Mattheus facit mentionem in fine cap. 4. transit ad curationem animarum per hunc caelestem sermonem.

5. Probat, quia Mattheus ait: *Videns turbas, ascendit in montem*, ergo sine dubio sunt illae turbas quas in fine cap. 5. dixerat, quod ex omni Galilea, & Decapoli, & Jerofolymis, & Judaea sequebantur Jesum. Confirmatur, quia Mattheus ait, ut legunt D. Augustinus, Syriacus, Variablis Arias, *Cum vidisset autem Jesus turbas*: atqui haec phrasim ex suo modo dicendi importat relationem ad antecedentia: ac proinde refertur ad illas turbas, quas antea commemoraverat, quod Dominum ex omni Galilea sequebantur. Hæc dixi; ut videas, quanto auctoritatis, ac rationis pondere sermonem hunc inter gesta primi anni prædicationis Christi annoveramus.

QUESTIO II.

An sit idem iste sermo, qui scribitur hic à Mattheo, ac à Luca 6.

6. Ratio diffinitiva.

Sermo, qui hic scribitur à Mattheo idem ferè similis refertur à Luca 6. à num. 21. Nam ab utroque Evangelista sermo exoritur à beatitudine paupertatis, & ab utroque clauditur eadem sententia; qui enim audit sermones meos, similis est homini ædificanti super petram. Et uterque Evangelista subdit, quomodo intravit Capharnaum, & curavit puerum Centurionis. At concionem non esse eandem, sed diversam illud persuadet, quod à Mattheo dicitur facta in monte, & Dominus sedens; à Luca verò, in loco campestri; & dum staret *Descendens cum illis stetit in loco campestri*.

7. August. Sermo idem esse dixerunt.

Duo docet in hac re Magnus Augustinus lib. de consensu Evangelistar. cap. 19. In primis sermonem esse diversum: nam ut etiam explicat aliqui recentiores, Dominus ascendit in montem, & tunc interponenda est historia, quam refert Lucas, ubi oravit, Apostolos elegit; & tunc celebrem hunc cum eis habuit sermonem, quem scribit Mattheus. Et cum eis videtur specialiter loqui, dum ait: *Vos estis sal terræ: vos estis lux mundi*. Et postea descendens de monte eundem majori ex parte sermonem habuit cum turbis, ut scribit D. Lucas.

8. August. Sermo idem.

Secundò docet Magnus Augustinus, sermonem esse eundem, scilicet quod Dominus ascendit in montem, ubi oravit, Apostolos elegit, & postea descendens de cacumine montis, non ad pedem ipsius, sed ad latus, seu medium illius, in quo erat quædam planities, in qua habuit sermonem hunc. Qui verò ex his duobus sit probabilior modus, Augustinus non determinat.

Et sermonem esse unum, & idem videtur significare Chrysofomus homil. 15. in Mattheo. Expressè probabilius judicat Abulensis quest. 2. Maldonatus & alii.

Chrysof.
Abulens.
Maldon.
Sermo diversus.

Utrumque sermonem Matthei, & Lucae esse diversum, & diverso tempore, & loco habitum, docet D. Basilius lib. de Baptismo. Idem tenent Albertus Magnus, D. Anselmus, Lyranus, Toletus in cap. 6. Lucae; & probabilis judicat Barradas. Et in hac sententia est D. Ambrosius ad citatum cap. Lucae, ut legenti ipatebit. Dicam quid sentio.

9. Basilius.
Alber. Mag.
Anselm.
Lorin.
Tolet.
Barradas.
Ambros.

Mihi primò certum est, non solum discipulos, sed etiam turbas audisse sermonem in monte, relatum à Mattheo: ita enim ad finem sermonis scribit Evangelista cap. 7. num. 28. *Cum consummasset Jesus verba hæc, admirabatur turba sapientiam doctrinæ ejus*. Ergo turba aderat sermone. Augustinus huic objectioni occurrat, dicens; turbas appellari à Mattheo discipulorum caervam. At turbarum nomine simpliciter Evangelistæ, non discipulos, sed populorum frequentiam significant. Si verò Lucas cap. 6. num. 17. vocat discipulorum turbam, non dicit turbam simpliciter, sed explicat, quod erat turba discipulorum. Et si Christus in principio sermonis cum discipulis loquatur, *Beati eritis, cum vos oderint homines: vos estis sal terræ*; hoc ex eo fuit, quia discipuli propinquius aderant: sicut & in sermone Lucae dicitur. *Elevatis oculis in discipulos suos*; & tamen turbæ aderant. Loquitur ergo aliquando cum eis, quia erant præcipua pars inter eos cum quibus loquebatur.

10. Turba præfens in sermone. Matth. 7. August.

Secundò mihi certum est sermonem, quem scribit Mattheus, habitum fuisse in monte, sedente Domino. Hoc expressè inquit noster Evangelista; nec enim dici potuit clarioribus verbis, quam ipse explicat; præcipue cum in hoc nostro texto ponat conjunctionem, & ait: *Ascendit in montem, & cum sedisset*; ergo connectit ascensum cum sessione. Et postea: *Accesserunt ad eum discipuli ejus, & aperiens os suum*. Ergo omnia fuerunt connexa, & ita proponuntur ut una historia, & unus textus. Et tandem post finitum sermonem ait Evangelista cap. 8. num. 1. *Cum descendisset de monte &c.* Et ita ab omnibus Patribus hic sermo appellatur sermo in monte. D. Ambrosius loco citato D. Augustinus duos libros habet de sermone Domini in monte. D. Chrysofomus homil. 13. in Mattheo. D. Basilius citatus, D. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 20. & hom. 12. in Ezechiel. S. Leo serm. de omnibus Sanctis, Divus Bernardus eodem sermone.

11. Sermo habitus in monte.

Matth.
Ambros.
August.
Chrysof.
Basil.
Gregor.
Leontius.
Bernard.

Tertiò est mihi certum, sermonem, quem scribit Lucas, habitum fuisse, descendente Domino de monte, & stante in loco campestri. Nam Christus ascendit in montem ad orandum, ibique elegit Apostolos; & ait Evangelista. *Descendens cum illis stetit in loco campestri*; ergo absolute significat, quod venit ad campum, atque planitiem. Quartò est mihi certum: quia in Mattheo, & Lucae multæ sunt sententiæ inter se diversæ, ut ex infra dicendis constabit; licet utrumque textum referam simul propter similitudinem.

12. Sermo à Lucae relatus in loco campestri.

Ex his concluditur, quod sermo iste quem refert hic Mattheus, sit distinctus, & distinctio tempore, & loco habitus ab eo, quem scribit Lucas. Ita auctores secundæ sententiæ. Et patet ex dictis. Et

13. Sermo diversus & diverso tempore, ac loco.

Quomodo ordinantur textus Evangelicis.

Abulens.

14. August.

Doctrina hujus sermonis valde excelsa. Matth. 7.

15. Anselm.

Marc. 4.

16. Abulens.

Et ita ordinandus est textus Evangelicus cum Toletò citat, De ambulatione Domini per totam Galileam, videns magnam hominum multitudinem, ascendit in montem, ut ait D. Mattheus; sedens habuit hunc præsentem sermonem, à monte autem descendens, leprosum curavit, cujus facit mentionem D. Lucas cap. 5. n. 12. nec statim intravit Capharnaum, sed aliquos post dies, in quibus facta sunt, quæ D. Lucas narrat citato cap. 5. & 6. de electione Apostolorum, ac de sermone in loco campestri; & tunc intravit Capharnaum, & puerum Centurionis sanavit, Mattheus præteritans illa de electione Apostolorum narrat ingressum in Capharnaum. Et ita omnia maxime coherant, & in concordiam red guntur. Nec est incongruens, quod Christus Dominus iterato sermone eandem concionem multa ex parte habuerit coram discipulis, & turbis propter doctrinæ sublimitatem. Deinde in utroque sermone multæ sententiæ sunt distinctæ. Et Christus sæpe aliqua in suis sermonibus repetebat, ut notat Abulensis, & alii citati.

QUESTIO III.

Quare Christus Dominus hic in monte tam sublimem, atque doctrinam tradere voluerit?

14. IN hac concione dedit Christus dominus valde præexcellens, utilissimamque doctrinam: ut notat D. Augustinus lib. 1. de sermone in monte cap. 1. ponderans Christi verba, quibus ipse sermo terminatur: *Omnis, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilatur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram*. Matth. 7. n. 24. At Augustinus Hoc dixit, ut appareret, istum sermonem omnibus præcepit, quibus Christiana vita informatur, esse perfectum. Cum ergo tam sublimia, atque documenta tradidit Dominus, non in civitatibus ac Synagogis, sed hic in deserto, ac monte, & his turbis.

Respondet primò D. Anselmus, dum quærit, an sermo scriptus à Mattheo, & Luca sit idem; Melius videtur dicendum, ait, quod duo sermones sint, unus quem familiariter, & privatim fecit discipulis, quibus volebat novum tradere testamentum, quod & portatur erat, qui non omnia omnibus sunt dicenda: & alius, quem fecit in imo loco coram omnibus, in quo multa recapitulavit, quæ in alio dixerat. Non in civitatibus, nec in publicis Synagogis prædicat Dominus hunc sublimem sermonem, sed in deserto, & in monte, quia non omnibus omnia dicenda sunt, sed tam profunda mysteria coram discipulis tantum aperit. Et ita dicebat Dominus discipulis suis, Marc. 4. n. 11. *Vobis datum est nosse mysterium, & regnum Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt*. Proccedit S. Pater, quod iste sermo in monte fuerit habitus coram discipulis tantum, de quo dixi superiori quæst.

Secundò. Abulensis quest. 3. quod Christus volebat hic dare suam legem; & lex non datur paucis, sed multitudini, ideo congregata multitudo ex quinque provinciis, ut constat ex fine cap. 4. Matth. num. 25. exposuit illis, mandata suæ Sylvæ in Evang. Tom. 11.

legis, juxta principia Juris: Quod omnes sancti, omnes debet proponi. Sed hæc ratio non tollit, cur hæc doctrina potius traditur in deserto, quam in civitate, ac in frequenti Judæorum Synagoga.

Quod omnes sancti, omnes debet proponi.

Tertiò. D. Bernardus Sermon. de omnibus Sanctis ait. *Videns miseracionis intuitu, quoniam eam sit ut oves errantes: non habentes pastorem: Ascendit in montem, aperiens os suum, &c.* Vidit Dominus turbas, tanquam non habentes pastorem, & doctorem, à quo possent dirigi atque doceri; ideo a sua misericordia, inspecta eorum miseria, movetur ad eos docendos. Quartò Theophylactus. *Ascendit in montem, ait, quia doctus erat: docuit nos, a media turba secedere, quando docendum. Lucas desertus, & à multitudine segregatus maxime conveniens; & propositionatus ad doctrinam, ac ad docendum. Olee. 2. num. 14. *Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor ejus*. Apoc. 12. num. 6. *Mulier fugit ad solitudinem, ut ibi pascant eam*, doctrina caelesti, & documentis, ut communiter explicat D. Eudes.*

17. Bernard.

Theophyl.

Olee 2. Apoc. 12.

Quintò. Albertus Magnus, Dominus, ait, videns turbas cum devotione assuetas audire verbum Dei, exortabatur in montem ascendere; excelsam enim auctoritatem studium magistri. Ex eo Dominus tam præclaram hanc doctrinam tradidit, quia vidit auditorum animos maxime dispositos ad illam suscipiendam. Et tunc præciator valde opportunè sparget semina verbi; cum viderit populorum animos maxime præparatos. Divus Chrysofomus homil. 9. in Iu. perfecto. *Omnis artifex, ait, secunavit professionem suam, oportunitatem operis videns gaudet. Carpentarius, si viderit arborem bonam, concupiscit eam præcendere ad opus artificis sui: sic Dominus videns magnam congregationem populi exortatur ad docendum. Sicut & omnis Sacerdos, cum viderit Ecclesiam plenam, gaudet animus ejus, & delibatur, ut doceat; si autem viderit vacuum, confunditur, & nihil dicere potest. Dominus excitatus est ad docendum: quia vidit magnam congregationem populi devotam, & præparatam ad discendum. Prædicator debet observare, & captandam oportunitatem in suis auditoribus, ut eos instruat, & doceat. Vide supra caput 5. numero 279.*

18. Albert.

Magni Prædicator quærat oportunitatem ad doctrinam.

Obi dispositio in audiente ibi doctrina danda.

Ita 6. numer. 1. ait: *Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & Nephthalim*. Et postea subdit: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam*. Cur tam ingens beneficium non recipit primò Tribus Judæ, ac Jerofalem: nam sicut illa erat Tribus regalis, in ista erat civitas regia ac caput totius regni. Si autem ordinem Tribuum, ac progenitores populi consideres, invenies Zabulon, & Nephthalim inter ultimos, & novissimos annumerari. Unde ergo tantum dignatæ sunt hujusmodi Tribus, ut primò alleviarentur onere peccatorum, & caelestis doctrinæ luce illuminarentur; Septuaginta prædicta verba sic legunt: *Hoc primum bibe, velociter fac regio Zabulon, terra Nephthalim*. Vis scire, unde tantum habuerunt; ex sua dispositione, ac præparatione; ubi enim divinus fuit Christus Dominus sua caelesti luce divinæ doctrinæ in his regionibus resplendit, statim crediderunt, ac velocissime Dominum receperunt, itant ad unam ejus vocem Petrus, Andreas, Jacobus, & Joannes relictis omnibus Dominum secuti fuerint. Ita ibi

19. Itai. 9.

Septuag. Primi in obsequio benedicti.